

fors reperiendis, absque omni pro se a Litteralibus documentis et contentis in Iisdem Summis desumenda taxa, legitimis demortui successoribus sine defectu consignandae erunt.

10. Cum praecipua inter confiniaria emolumenta prae habitum per trimestre Junium utpote, Julium et Augustum, in Confinio vero Dubiczensi per quadri mestre, Jus educilli commendantale merito reputari posset, ideo non obstante contractu, in Articulo 44. Congregationis Anno 1755. die 17. et subsequis Mensis Novembris diebus celebrata mentionato, pro ejusdem ad rationem Cassae publicae exactissima administratione solertem Dominus Commissarius impendet curam; et idcirco Kostaniczensi murato, ac aliis Commendantibus similibus Cellariis pro Regno conversis, eo, aut ad alia ordinanda loca confiniarii cujuslibet confinii vasa vini octodecim usitato more promovere et inducere, pro immunitando item gratuito Educillatore consvetos Sexerios 90 annuatim pendere, ac erga trium grossorum ab una urna, 40 okas faciente, receptam taxam per memoratum trimestre et respective quadrimestre educillare in exarendationis etiam circumstantia deinceps quoque obligabuntur, nemoque Officialium aut confiniariorum interea, sub cassae publicae indemnisationis aut contrabanti poena, quovis praetextu occasione formandi eatenus nefors campamenti educillare ausit.

11. Inter pro educilli arendatione competente(s) caeteris paribus potiores Kneziatus sive Communitates aliique extranei Arendatores, quivis in proprio Confinio, privati etiam campamenti tempore, occasione vero generalis penes sui confinii compagnias, pretio juxta qualitatem vini, ultra tamen duplum in Regno currentis ad Summum haud extendibili, educillabunt, reliquis etiam Mensibus tam praemissorum campamentorum occasione quam secus cum reliquis confiniariis liberum educillum habituri; Dominis tamen militaribus officialibus pro praecavendo confiniariorum facile eviniente aggravio eadem educilla exarendari non poterunt.

12. Praefatus Dominus Commissarius actualiter existentium molarum Statum, ac pro novarum erectione publicae utilitati et confiniariorum commoditati idoneas localitates, ubi quibusve sumptibus institui possent, investigaturus, Dominis Statibus et Ordinibus super eo relationem faciet, et ubi necessarium foret, reparari curando, proventus molares in Arendas elocet, aut molitores ex ineunda cum eisdem conventionione assumat.

13. Teloniorum item et Naulorum exacta investigatione et conscriptione instituta, ac de augendis, citra tamen eveniens aggravium, proventibus disquisita modalitate eosdem quo meliori modo pariter in Arendam elocabit, aut medio per se constituendorum, juxta pactandam cum Iisdem omni meliori modo laboris mercedem, incassari procurabit.

14. Census quoque a Turcicarum et extranearum mercium depositoryo, Animalibusque ex Turcia impellendis, provenientes, medio Teloniarum incasset, vel eisdem inarendet.

15. Lingvas vero, vel duas libras cum quartali Carnis, pro Macellorum regali praestari consvetas, Laniones in arendam assummant, vel in aequivalenti parato Aere exolvant.

16. Ut porro in Jeszenovicensi Confinio piscatura in Ropo, actu per Confinium Gradiskense impedita, reponi et restaurari valeat, de eo, ac emolumento exinde ac aliis confiniariorum piscationibus procurando, et ad praestandum a ve-